Rem magnã peto dñe: qm̃ tu deus magnus dñs & rex magnus sup oms deos: Tibi ĩiuriã facit: q a te parua petit: Parua sũt oĩa: quae trãseunt: parua sũt oĩa corporalia: magna & preciosa spiritualia. Tolle spiritum: tolle aĩam a corpore: qd remanet, nisi stercus: qd: nisi puluis & umbra: Ergo tm̃ distat inter spiritũ & corpus, q̃tũ inter corpus & umbrã eius. Qui igiẽ petit a te corporea: parua petit: q uero spiritualia: magna ꝓfecto postulat:

maxima autē: qui tui salutaris letitiā petit. Quid ē.n. salutare tuum nisi iesus filius tuus: hic est uerus deus & uita eterna. Cur ergo a te pr̄e immenso & liberalissimo hoc salutare non petā: quem pro me super lignū tradidisti. Tu eū mihi obtulisti: quare petere ipsum erubescā: Maximū & infinitū munus est: nō sum ego tāto munere dignus. te tñ decet tam magna dare. propter hāc itaqȝ ineffabilē pietatē audeo ad te fiducialiter accedere: & salutaris tui leticiam petere: Nā si a patre carnis suae petierit q̄spiam filius piscē: nūqd porriget ei serpētem: & si pecierit ouum: nūqd dabit ei scorpionem: & si petierit panē nūqd dabit ei lapidē: Si ergo patres carnales cum mali sint, & peccatores, norūt bona eis a te data dare filiis suis: q̄to magis tu pr̄ celestis: q per essentiā bonus es: dabis spiritū bonū petentibus te: Ecce filius tuus de regione longinqua, reuersus dolēs & poenitēs petit a te piscē fidei: sicut. n. piscis latitat sub aquis: ita fides est de his quae nō uidentur. Petit dico fidē uera. ut letetur in salutari tuo: nunqd porriges ei serpentem: Nunqd dabis ei ĩfidelitatis uenena de tortuoso & antiquo serpente diabolo proficiscētia: peto a te dn̄e ouum spei: ut sicut ex ouo sperat̄ pull9: ita ex spe ad uisionē salutaris tui mihi uenire cōcedas: ut de ip̄a spe egrediat̄ uisio quasi pnllus de ouo: peto ouum spei: ut iterim spe ipsa subleuet̄ anima mea ĩ hac lachrimar̄ ualle: Et laetetur ĩ salutari tuo: nunqd dabis mihi desperatiōis scorpionē: ut sicut scorpio ĩ extremitate caudae habet uenenū: ita & ego in extremo uitae meae reseruē peccatū: blandiarqȝ mihi ĩ illecebris mundi: sicut scorpio in facie blandiri uidetur: Peto etiam a te panē charitatis christi: qua se si-

cut panis omnibus cõmunicat: ut semp gaudeam ĩ salu tari tuo: nũqd lapidem dabis mihi: hoc ẽ cordis duritiã: absit. Cur itaq; diffidam petere & impetrare magna a te dñe: q me sentias & inuitas ad petendũ & pulsandũ usq; ad importunitatẽ: Quid uero tibi gratũ magis & mihi salubrius petere possum: q̃ ut reddas mihi letitiã saluta ris tui: Iã gustaui q̃ dulcis sit dñs: q̃ leue & suaue sit on⁹ eius. Memor sum q̃ta pace: q̃ta animi tranqlitate fruebar: qñ in domino gaudebã: & exultabã ĩ deo iesu meo: ideo nũc magis doleo: quia scio qd perdidi: Scio q̃ maxima bona amisi: ideo importune clamo: redde mi. leti. salutaris tui: Redde qd propter peccata mea mihi abstulisti. redde qd mea culpa perdidi: redde obsecro per merita eius. qui semp stat ad dexterã tuam: & interpellat p nobis: ut per ipsum sentiam te mihi placatu: ut sit signaculũ super cor meum: ut dicã cũ apostolo: christo cõfixus sum cruci: uiuo autẽ iam nõ ego: uiuero ĩ me christus. Verũ qa magna est fragilitas mea: SPIRITV PRI. CON. ME: Vt nullis pturbationibus a christo se perari ualeã. nullis terroribus a te recedere: nullis cruciatibus ĩfirmari. Non. n. uirtus mea tanta est: ut pugnare possit cũ antiquo serpente: & ei preualere. Petrus me docuit: q̃ta sit ĩfirmitas nr̃a: ipe uidit te dñe iesu: & tecũ familiarissime conuersatus est: gloriam tuam in monte gustauit: quando trasfiguratus es. Vocem patris audiuit. Mira opera tua oculis suis cõspexit: Ipse quoq; uirtute tua miracula plura fecit: super aquas pedibus ambulauit: uerba tua tam potentia tam suauia quottidie audiuit: Feruentissime fidei uidebatur: dicebat q; separatum tecum: & ĩcarcerẽ & ĩ mortẽ ire: & cũ negationẽ

ipsius denūtiares ei: nō tibi credebat: ī uirtute sua cōfide-
bat: Magis sibi homini: q̄ tibi deo fidē ad hibebat. At
cū ācilla dixit ei: tu de illis es: illico territus negauit. Ve
nit alia ancilla: & dixit: uere tu ex illis es. Iterꝝ negauit:
nō potuit corā muliercula stare: quomō stetisset corā re
gibus & tirānis: & cū iterꝝ ab astātibus īterrogaret̄: & ac-
cusaret̄: coepit iurar̄: & detestari: qa ñ nouisset te. Quid
putas dicebāt: arbitror ꝙ p deū & p legeꝫ moisi iurabat:
ꝙ te nō nouerat: & detestabat̄ dicēs. Putatis uos me di-
scipulū esse huius samaritani: seductoris: ac demoniaci:
q nr̄am legē destruxit: ego discipulus sum moisi: hunc
aūt nescio unde sit: Deo gr̄as: qa cessauit īterrogatio. si
enī nō cessasset īterrogatio: nec qdem cessasset negatio.
Mille īterrogatiōes mille fuissēt negatiōes: īmo mille
piuria & detestatiōes. Sed he īterogatiōes fuerūt uerba
Quid rogo si iudei uenissēt ad uerbera: nihil certe petrꝰ
reliqsset quo se p negatiōes: & piuria: detestatiōes ac
blassemia de manibus eoꝝ explicuisset. Tu aūt pie dn̄e
respexisti eū: & statim peccatū suū cognouit: nec tñ au-
sus ē in mediū ꝓsilere: Et cōfiteri te filiū dei esse: qa non
dū cōfirmatus erat uirtute ex alto. Nā ꝓculdubio iterū
negasset: si flagella sibi preparata uidisset: iō m turiore
cōsilio egressus ē foras: & fleuit amare. Tu uero post re
surrectionē tuā apparuisti ei: cōsulātus es eum: nihilomi
nus latebat pp metū iudeoꝝ: uidit te ī coelū tā gloriose
ascendentē: & angeloꝝ uisione cōsolatiōeq; cōfortatus
est: nec tñ adhuc ī publicū prodire audebat: Experiētia
qppe didicerat fragilitatē suā probauerat infirmitatem.
ideo expectabat ꝓmissum spūm sctū. Venit: & repleuit
gr̄a pectus eius: tunc prodiit: tunc loqui cepit: tunc uir-

tute magna testioniū resurrectionis tuae reddidit: tunc principes sacerdotū & reges nō timuit: sed gloriabatur in tribulationibus: Cruceq; pro sūmis delitiis amplexabatur: itaq; dñe in spi. prin. cō me: ut iugiter permaneā in laeticia salutaris tui: alioqn contra tot bella persistere nō possum: caro cōcupiscit aduersus spiritū: mundus undiq; me premit: diabolus nō dormit: da mihi uirtutē spiritus tui: ut cadēt a laterī meo mille: & decē millia a dextris meis: ut sim fidelis & fortis testis fidei tue. Si. n. petrus quē tot muneribus & gratiis donaueras. Ita miserabiliter cecidit: qd ego dñe: quid facerē: qui nec te i carne uidi: nec gloriā tuam in mōte gustaui: nec miracula tua: cōspexi: Quin imo opera tua mirifica uix a longe itellexi: tuāq; uocem nunq̄ audiui: sed ī peccatis semp fui: Spiritu itaq; principali cōfirma me: ut in tuo obseqo p seuerare ualeā: & dare pro te animā meam.

DOCEBO. IN. VI. TV. ET. I. A. TE. CON: Nō hoc domine temeritati ascribas: si docere cupio iniquos uias tuas: Nō. n. iniquus: infamis: & in uiculis: iniquos docere cupio: sed si reddideris mihi leticiam. SAL. TVI. Si me spiritu principali cōfirmaueris: si me liberū miseris: tunc docebo iniquos uias tuas: Nō. n. hoc est tibi difficile: qa de lapidibus potes suscitare filios abrae. Nec peccata possūt obstare tibi: si uolueris hoc facere: qin imo ubi abundauit peccatū/ superabūdauit & gratia: Paulus spirans minarū & cedis i discipulos dñi. potestatē accepit: ut si quos inueniret uiros/ ac mulieres te sequentes: Tuāq; fidem cōfitentes: uinctos perduceret in hierusalem: ibat ergo furiis inuectus: sicut lupus rapax: ut oues tuas disperderet, raperet/ & occideret: dum ergo esset in

uia: in feruore persecutionis: in actu peccati: Dũ te persequeretur: dum tuos occidere uellet: dum nulla ei inesset ad gratiam preparatio: nullaq; peccati cognitio: quãdo totis iuribus tibi aduersabatur: te blasfemabat: teq; detestabatur: ecce uox pietatis tue super eũ dicẽs: Saule saule quid me persequeris? Qua uoce illico prostratus & erectus est: prostratus corpore: erectus mẽte: excitasti dormientem: occulis somno grauatis infudisti lucem tuam: ostendisti faciem tuam: effudisti inefabilẽ misericordiam tuam. Surrexit mortuus: oculos aperuit: uidit te: Et ait: domine quid me uis facere? misisti lupum ad agnum: misisti eum ad ananiam: baptizatus est & repente spiritu sancto repletus factus est uas electiõ s ad portandum nomẽ tuum coram regibus, & gentibus: & filiis israel. Continuo ergo ingressus sinagogas intrepidus predicauit te: affirmãs: quoniam tu es christus. Disputabat inualescebat: & confundebat iudeos: ecce domine qa stati de psecutor fecisti eũ pdicatorẽ: & tale ac tã magnũ ut plus ceteris apost. laborauerit. O mira uirtus tua: si uolueris đ iniquo facere iustũ: de psecutore pdicatorẽ qs prohibebit? Quis resistet tibi? quis dicere poterit cur ita facis? omnia quecũq; uoluisti: fecisti in coelo & i terra: in mari & in oibus abyssis. Non ergo arogantiae imputetur: si non mea sed tua uirtute docere cupio iniquos uias tuas: Scio eni me nihil tibi offerre posse: qđ oculis tuae pietatis magis placeat: hoc sacrificiũ est oium maximum. Nihil etiã possum facere mihi utilius. Si ergo me in aliũ uirum mutaueris: DOCEBO INI. VI. TV: Nõ uias platonis: nõ aristotelis nõ implicatiões silogismorũ: non philosophiae dogmata: ñ rhetorũ iflata uerba; ñ negotia secularia: nõ uias uanitatis: nõ uias ducen

tes ad mortē:Sed uias tuas/& precepta tua:quae ducunt
ad uitam:nō unam uiā tm̄:sed multas uias:qa multa sūt
precepta tua·oms tamē istae uiae terminant̄ ad unā:oēs
enī in una copulantur charitate:quae adeo cōiungit ani
mos fidelium:ut fiat eis cor unū & anima una in domi-
no. Vel certe diuersae uiae diuerse uite sunt:per aliā nāq;
incedunt clerici:per aliā monachi:per aliam mendican-
tes:Aliāq; tenent matrimonio cōiuncti:Aliā in uiduitate
degentes & continētes: aliam uirgines:Aliam sequunt̄
principes:Aliam doctores:Aliam merchatores: Deniq;
diuersi status hominū:per diuersas uias ad patriā celestē
proficiscunt̄. Docebo itaq; iniquos uias tuas:unūquēq;
iuxta conditionē / & captū suum : ET IMPII. AD TE
CONVER: Quia predicabo eis:non me ipsum : sed
christū crucifixū:Ideo nō ad laudes meas:sed ad te con-
uertent̄:relinquēt.n.uias suas. Vt uenietes ad tuas:p eas
incedant: & ad te perueniant.
LIBERA. ME DE SA. DE. DE. SAL. M. ET. EX. LI.
ME. IVS. TVAM.:In multis sanguinibus suffocor : &
d̄ pfūdis eoꝝ clamo ad te dn̄e:dn̄e exaudi uocē meā:Ne
differas dn̄e:qa morti proximus sū:sanguies mei: pecca
ta mea sūt:sicut.n.i sanguie ē uita carnis: ita i peccato ē
uita peccatoris: effūde sanguinē/morit̄ aīal:effūde p cō-
fessionē peccatū morit̄ peccator:& iust⁹efficit̄. Ego igi
tur nō solū i sanguie i uolut⁹ sū:s; etiā i sanguinib⁹imer
sus:gurgites sanguinū me trahūt ad iferos:succurr̄ mihi
dn̄e.ne pereā. Libera me de sāguinib⁹ deus:q oīa guber-
nas & moues: q solus potes me liberare : i cui⁹ manu ē
oīs spūs uitae. Libera me de sanguib⁹ deus auctor salu-
tis mee:deus i quo solo est salus mea:Libera me domi
ne:sicut liberasti Noe de aquis diluuii:Libera me sicut

liberasti loth de incēdio sodomoꝝ: libera mt sicut libe
rasti filios israel de profūdo maris rubri: libera me sicut
liberasti Ionā de uētre ceti. libera me, sicut liberasti tres
pueros de camino ignis ardētis. libeta me sicut libera-
sti petrū de periculo maris. libera me sicut libetasti pau
lum de ꝓfundo pelagi. libera me sicut liberasti ifinitos
pctōres de manu mortis, & de portis iferni. ET EXVL-
TABIT LING. ME. IV. TVAM. Idest pp iustitiā tuā:
quā in me sentiā per grāꝫ tuā: Iustitia. n. tua, ut dicit apo
stolus, ē per fidē iesu christi i omnes, & super omnes: q
credūt in eum: exultabit itaqꝫ lingua mea, laudādo hanc
iustitiā tuam: extollēdo gratiā tuam: Magnificādo pie-
tatē tuam: cōfitendo peccata mea: ut i me laudet̄ mise
ricordia tua: quae tam magnū peccatorē dignata sit iu-
stificare: ut cognoscāt oēs homines, ꝙ saluas speran-
tes i te: & liberas eos de manu angustiae dn̄e deus nr̄.
DOMI. LA. MEA APER. ET OS ME. AN. LA. TV.
Magna res est laus tua dn̄e: & de tuo fonte procedit: de
quo nō bibit peccator: Nō est. n. speciosa laus i ore pec
catoris. Libera ergo me de sanguinibus deus Deus me.
sa. me. & ex. li. me iu. tuā: Tūc dn̄e, labia mea apies: & os
meū anunt. l. tuā. Tu. n. habes claues dauid: q claudis &
nemo apit: & apis: & nemo claudit: tūc ergo apies labia
mea: sicut apuisti labia infātiū, & lactentiū: ex quoꝝ ore
pfecisti laudē tuā: hi profecto fuerūt prophete & apo-
stoli: ceteri quoqꝫ sancti tui: q te simplici: & puro corde:
& ore laudabāt: nō aūt philosophi: & oratores: q dixe-
rūt linguā nostrā magnificabim⁹: labia nr̄a a nobis sūt:
Quis nr̄ deus ē: apiebāt ipsi labia sua: nō tu apiebas ea:
Ideo ex eoꝝ ore nō pfecisti laudē: ifantes tui dn̄e lauda

bant te. & se ipsos despiciebāt: philosophi, dū te laudare gestiebāt: se ipsos magnificare uolebāt: lactentes tui laudabāt gloriā tuā: quā per grām sup celestē cognoscebāt: philosophi p sola naturalia te cognoscētes: laudes tuas perfecte exprimere nō poterāt: Sācti tui te corde: & ore, & bonis opibus laudabāt: philosophi solis uerbis: & iflata sapiētia: Pueri tui ī toto terra℞ orbē laudes tuas diffuderunt: philosophi uix paucis discipulis predicauerūt. Amici tui laudibus tuis īnumerabiles hōines a peccatis, ad uirtutes: & ad uerā foelicitatē cōuertebāt: philosophi nec ueras uirtutes, nec uerā foelicitatem cognoscebāt: dilecti tui ineffabilē pietatē tuā: quā ōndisti ī filio charitatis tuae predicauerūt: philosophi hāc nullo pacto ītelligere potuerūt. Ex ore itaq; infan. & lact. pfe. la. tuā: semp. n. tibi placuit exaltare humiles: & humiliare supbos: qa ergo supbis semp resistis: Da mihi uerā humilitatē: ut ex ore meo pficias laudē tuā: Da mihi cor paruuli: qa nisi cōuersus fuero sicut paruulus: nō potero ītroire ī regnū coelo℞: fac me sicut unū de īfantibus, & lactētibus tuis: ut semp pendeā ab uberib⁹ sapiētiae tuae: qa meliora sunt ubera eius uino: Et melior est sapiētia cūctis opibus: & oīa quae desiderant huic non ualēt cōpari: Infinitus. n. thesaurus ē hoībus: quo q usi sunt: participes facti sunt amicitiae dei. si ergo me paruulū feceris: laudē tuā ī ore meo perficies: Tūc. n. aperies labia mea, & os meū an. l. tuā: Anūtiabit qppe pfecte sicut ex ore īfantiū & latētiū pfecisti laudem.

Q VON. SI. VOL. SA. DE. V. HOL. NON DELC.

Os meū dñe anūtiabit laudē tuā: scio. n. hoc tibi gratissimū ēe: cū p pphetā dicas: sacrificiū laudis, honorificabit

me: illic iter: quo oñdã illi salutare meũ: offerã itaq; laudẽ tibi: laudẽ inq̃ ifinitũ, & lactẽtiũ ꝓ oib⁹ peccatis meis: Et q̃r laudẽ, poti⁹ q̃ sacrificiũ offerã tibi ꝓ oib⁹ peccatis meis: qm̃ si uoluisses sacrificiũ dedisse: utiq; holocaustis ñ d̃lectaberis. nũq d sãguie hircoꝝ, aut uituloꝝ placari poteris: nũqd mãducabis carnes tauroꝝ: aut sãguinẽ hircoꝝ pctabis: an forte auꝝ queris: q celũ & terrã possides: nũ uis ut corp⁹ meũ sacrificẽ tibi: q ñ uis mortẽ pctõtoris: sʒ magis ut cõuertat̃, & uiuat: Castigabo tñ cũ mẽsura carnẽ meã: ut p grãʒ tuã rõni subiecta sit: eiq; deseruiat. nã & i hoc si mẽsurã excessero: mihi iputabit̃ ad pctũʒ rõnale, iqt apostol⁹ tu⁹, obseqũ nr̃ꝝ. Tu quoq; dixisti p ꝓphetã: misericordiã uolo, & ñ sacrificiũ. Igit̃ os meum anũ. la. tuã: qa hec oblatõ honorificat te: & pãdit nobis iter ad salutar̃ tuũ: paratũ cor meũ de⁹: paratũ cor meũ: paratũ p grãʒ tuã adoia: q̃ tibi grata sũt faciẽda: hoc unũ iueni tibi acceptissimũ: hoc offerã tibi: hoc sẽp erit i corde meo: hoc pśõabũt labia mea: qm̃ si uoluisses, sacrificiũ corpale: utiq; dedisse: paratũ. n. cor meũ p grãʒ tuã: ut ipleat uolũtatẽ tuã: sʒ huiusmõi holocaustis ñ delectaberis: copora. n. fecisti pp spũs: õ tu spũalia, ñ corporea q̃ris dicis. n i quodã loco: pbe fili mi cor tuũ mihi, hoc ẽ sacrificiũ qd̃ tibi placet: cor dolor̃ pctõꝝ: & amor̃ celestiuʒ bonoꝝ iflamatũ offerat̃ tibi: Et nequaq̃ ãpli⁹ rpetat̃: huiusmodi holocausto tu delectaberis. SACR. DE. SP. CO. C. CO. ET. H. D. N. DESPI. Spirit⁹ qdẽ cõtribulat⁹: ñ caro cõtribulata tibi placet. Nã caro cõtribulat̃: qa terrena: quae optat, ñ hẽt: uel certe i se sentitque odit. Spirit⁹ uero cõtristat̃ de culpa: eo q sit cõtra deũ: quẽ amat. Dolet se suũ creatorẽ & redẽptorẽ offẽdisse: se sãguinẽ ei⁹ despexisse: se tã bonũ, & dulcẽ pr̃eʒ cõtep

siſſe: hic ergo ſpūs cōtribulat⁹ ſacrificium ē tibi odoris ſuauiſſimi: ex aromatib⁹. n. amariſſimis. i. ex mēoria peccatoꝝ cōficit: Dū. n. peccata ī mortariolo cordis colligūt: & piſtillo cōpūctōis cōtūdūtur: ī puluereq; redigūt: atq; aqs lachrimaꝝ hūectant: inde fit unguētū & ſacrifitiū ſuauiſſimū tibi: qđ oblatū nequaq̄ deſpities: Nā cor cō. &. hu. d. ñ đſpi: q ergo cor ſuū ſaxeū ex duriſſimis peccatoꝝ lapidib⁹ cōſtructū frāgit & conterit: ut īde unguētū cōficiat cōtritiōis habūdātia lachrimaꝝ & de peccatoꝝ multitudie aut grauitate mīme deſperās, hūiliter tibi huiuſmōi ſacrifitiū offert: nullo mō a te deſpitiet: qa cor cōt. & hu. d. ñ deſpi. Maria magdalena ī ciuitate peccatrix tale unguētū cōfecit: ī alabaſtro cordiſ poſuit: domū phariſei īgredi ñ timuit: ſec⁹ pedes tuos ꝓſtrata eſt: flere īter epulas ñ erubuit: dolor p̄ſſa ñ loquebat: ſꝫ cor ei⁹ ī lachrimis ſoluebat: qbus lauit pedes tuos: capillis ſuis terſit: unguēto unxit: & oſculari ñ ceſſauit: qs audiuit unq̄ tale? aut qs uidit huic ſimile? placuit itaq; tibi hoc ei⁹ ſacrificiū: & adeo gratū fuit: ut phariſeo: q iuſtuſ uidebat eā ꝑtuleris. Verbis. n. tuis iſinuaſti: tātū diſtare īter iuſtificatiōeꝫ mariae & iuſticiā phariſei: q̄tū īter ſe diſtāt lauare pedes aq̄ & abluere lachrimis: Oſculari ſemel faciē: & ñ ceſſare oſculari pedes: unger caput oleo: & ungere pedes unguēto p̄cioſiſſio: qn īmo lōge āpli⁹ maria p̄ſtabat phariſeo: qa ip̄e nec aquā: nec oſculū: nec oleū tibi exhibuerat. o magna uirt⁹ tua dñe: magna potētia tua: q ſe pcēdo: & miſerādo māifeſtat. uideo igit qa cor cō. &. h. d. ñ. deſ. idcirco huiuſmōi cor tibi offerri ſtudeo: nec oꝫ me hoc uerbis ſuader: qa tu es de⁹: q ſcrutaris rnes & corda: Suſcipe ergo & hoc ſacrificiū meū: qđ ſi forte ipfectū ē: tu q ſolus potes: ipſū pfice, ut fiat ho

locaustum.i.totum incensum ardore tue imense charitatis:ut tibi placeat:aut ut ipsum saltē nō despitias:Si.n. non despexeris:scio ꝙ inueniā gratiam grām coram te: Et post hac nullus sanctoꝶ tuoꝶ siue in coelo siue i terra,me despiciet.

BENIGNE.FA.I.BO.V.T.S.V.E.M.HIERVSA.

Quia.n.scriptū est:cum sancto,sanctus eris:& cū uiro innocente inocēes eris:& cū electo electus eris:& cum puerso peruerteris:Valde cupio oēs hoies saluos fieri: & ad agnitionē ueritatis uenire:hoc.n. & eis neccessarium: & mihi utile esset:nā eorum orationibus/ meritis & exēplis resurgerē:& ad meliora quottidie prouocarer:Rogo ergo te dñe,q̄uis peccator: benigne fac i bona.V.T. syon ut edi.m.hie.Syon.n.ecclesia tua:nā syon iterpretatur specula:qa ecclesia tua p gratiā spiritus sci·gloriam dei pro captu huius uiae speculat̄:hinc dicebat apostolus:Nos reuelata facie gloriā dñi speculātes i eādē imaginē trāsformamur a claritate i claritatē,tanq̄ a dñi spū. Dñe deus q̄ parua ē hodie ecclesia tua:iā totus mundus defficit:nā longe plures sunt ifideles,q̄ christiani: Inter christiāos aūt ubi sunt:q relictis terrenis gloriā dñi speculent̄: Paucos certe iuenies,cōparatiōe eoꝶ: q terrena sapiūt:quoꝶ deus uēter est: & gloria i confusiōe ipsorū. Benigne fac.d.in bo.uo.tu.siō:ut augeat̄ merito & numero:Respice de coelo & fac benigne, iuxta cōsuetudinē tuā:ut ignē charitatis de coelo emittas sup nos:q cōsumat oia peccata nr̄a. Fac.d.i.b.u.tua,ut nō secūdū peccata nostra facias nobis: neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis : Sed fac nobis secūdum magnam misericordiā tuaꝫ. Tu dñe pater nr̄:& redemptor noster:

tu pax & gaudium nostium: tu spes nostra & salus eter na: omnes a te bona expectãt: Dãte te illis colligẽt: api ente te manũ tuã, oĩa implebunt̃ bonitate: auertẽte aũt te faciem turbabunt̃: auferes spiritũ eo℞, & deficiẽt: & i puluerem suum reuertẽtur: emitte spiritũ tuũ: & creabũ tur: & renouabis faciẽ terre. Dñe obsecro, que utilitas in damnatiõe tot milliu; hominũ: infernus ipletur, ecclesia quottidie euacuat̃: exurge qr̃ obdormis dñe: Exurge: & ne repellas ĩ finẽ: benigne fac in bo uo. tua. syon: VT EDIF. MVRI HIERV. Quid ẽ hierusalẽ quae interpretat̃ uisio pacis nisi beato℞ ciuitas sancta: quae ẽ mater nostra. huius muri corruerũt: qñ lucifer cum angelis suis corruit: ĩ quo℞ loca assumunt̃ homines iusti. benigne igitur fac dñe syon ut cito ipleat̃ numerus electorum: & edificent̃: perficianturq; muri hierusalẽ, ex lapidibus nouis, te semper laudantibus, & permanẽtibus in eternum.

TVNC AMCEPT. SA. IV. OB. ET OL. T. IM. SV. AL. TV. VITVLOS: Tunc cũ benigne feceris in bona uolũtate tua syon: acceptabis sacrificiũ iustitiae, Acceptabis dico, qa igne tuae charitatis consumes: sic. n. sacrificium moisi & sacrificiũ helyae acceptasti. Tũc. n. sacrificia iustitiae acceptas: qñ animas, quae iuste uiuere satagũt: gr̃a tua ĩpinguas: quid prodest sacrificia tibi offerre: qñ non acceptas ea: O dñe quot offerimus hodie sacrificia, quae tibi gtata non sunt: sed potius abhominabilia: offerim⁹. n. sacrifitia: ñ iustitiae: sed cerioniae: nr̃ae Ideo ñ sunt tibi accepta. Vbi nũc apostolo℞ gloria: ubi martirũ fortitudo: ubi predicato℞ fructus: ubi mõachorum sancta simplicitas: ubi primorũ christião℞ uirtutes

& opera? tunc.n.acceptabas eoꝝ sacrificia:quando gra-
tia tua/& uirtutibus eos exornabas. Si quoq; tu bēigne
feceris syon in bo.uo.tu. tunc acceptabis sacrificiū iusti
tiae/quia populus incipiet bene uiuere : & mandata tua
seruare:ac iustitiā facei:& sup ipsuz erit benedictio tua:
Tūc oblationes sacerdotum: & clericorum tibi accepte
erunt:quia relictis terrenis ad pfectiorem uitam se se ac
cingent:& unctio benebictiōis tuae etit super capita eo
rum: Tunc grata tibi erunt holocausta religiosoꝝ: qui
relicto torpore/& tepiditate eliminata : incendio diuini
amoris/omni ex parte consumabunt : Tunc episcopi &
predicatores imponēt super altare tuum uitulos: qa in
omni uirtute consumati:& spiritu sancto repleti:nō du
bitabunt ponere animas suas pro ouibus suis.Altare.n.
tuū qd ē nisi crux tua bone iesu/sup quā oblatus fuistt:
Quid uitulus lasciuiēs significat nisi corpus nostrum:
tunc ergo īponēt sup altare tuū uitulos:qñ corpora of-
ferēt cruci.i.cruciatibus/& morti pnomie tuo: tūc flore
bit ecclesia tunc dilatabit terminos suos: tunc laus tua
resonabit ab extremis terre:tūc gaudiū/& laetitia occu-
pabit orbē terraꝝ:tunc exultabūt sancti in gloria:leta-
bunt in cubilibus suis/expectātes nos i terra uiuēriū:fi-
at obsecro dñe nunc mihi illud tūc:ut miserearis mei se
cūdum magnā mi.tuā: ut suscipias me ī sacrificiū iusti-
tiae:ī oblationē sanctimoniae:in holocaustum religio
se uitae: Et in uitulum crucis tuae: per quā transire me-
rear ab hac ualle miseriae:Ad gloriam illam:quā prepa
rasti Diligentibus Te. Ameen.

El Reuerẽdo padre .F. Hieronymo poi che fu cõdemnato ala morte. Essendo per assummere el sacratissimo corpo del nostro signore. Pigliãdolo ne le proprie mane Disse.

Signore io so che tu se quel uero Idio Creatore del mõdo/E de lhumana natura. Io so che tu se quella Trinita perfecta Indiuisibile Et i separabile/distincta in tre psone Patre Figluolo & Spirito Sancto. Io so che tu se ql Verbo eterno che descẽdesti de Cielo in terra nel uẽtre de Maria Vergene: Salisti sul legno de la Croce a spargere el tuo precioso Sãgue per noi miseri peccarori. Io te priego Signor mio/Io te priego Salute mia/Io te priego Cõsolator mio/che tanto precioso sangue p me nõ sia sparso in uano: Ma sia in remissione de tutti e mia peccati/De quali io ti chiego perdonãza/dal di che io receueti laqua del sancto Baptesmo insino a questo pũcto: E dicone a te Signor mia colpa: E cusi ti chiego pdono i quello ho offeso questa cita: E tutto questo populo/di cose spirituale e tẽporale: Et cusi de ogni cosa che Io per me nõ cognoscesse hauere errato: Et humilmente a tucte quelle persone che sono qui circonstante chiego pdonanza/che prieghino Dio per me: E che mi faci forte i su lultimo fine: E chel nemico non habbi possanza sopra di me. AMEN.



Dolor: Letia: Timor: et gaudiu[m] est is tota co[n]t[ritio] pri[ma]

Noue[m] p[re]parat[ion]es habere oppo[r]tet q[ui] uult co[n]fiteri: v[idelicet]
co[n]sc[ient]ie examinatio: peccator[um] co[n]tricio: et cor[dis] vera [...] co[n]fessio:
o[mn]is immu[n]ditie extirpatio. o[mn]is negligentie excussio. Discreta
[...] Deuota et humilis oratio caritatiua feruens[que] deuotio